

## INCIPIUNT

## EPIGRAMMATA DOMINI CYPRIANI

ARCHIPRESBYTERI CORDUBENSIS SEDIS

*Ad petitionem ADULFI edita<sup>a</sup>.*

## I.

Hoc opus illustri comitis clarescit Adulfi,  
 Qui sumptis proprii librorum teca novavit;  
 Qua novi habentur, veteresque in ordine libri  
 Testamenti veri inhianti ad æthera victim  
 Pergere mansurum parat, et tollere clamat;  
 Hoc cibo quis fuerit pastus, haud aggravat exta<sup>b</sup>,  
 Nec ventrem sarcit, sed crebre spiritum alit.  
 Hinc fons perspicuis paradisi surgit a limphis:  
 Hic dulcis haustus effluit in pectoris antro,  
 Hic largos latices per mundi compita mittit  
 Hæc forisque renidet argenti claro metallo,  
 Et intus cluit spiritalis gratiae dono.  
 Obtulit nempe Deo prædictus comes Adulhus  
 Memoriam penes Aciscli martyris almi,  
 Cordoba sacra conditus qua sistit in aula.  
 Vernulus patronus jam fastus<sup>c</sup> testis alumnus,  
 Ut tantillo tantus dignetur impendere martyr,  
 Obtineat meritis Christus ut scelera sua  
 Tergat, atque animam carinali clausa reficta,  
 Coelicolis glomeret felici in sede beata.  
 Oblatis bonis fueris dum lector adeptus,  
 Adsis pro me Deo acclinis posco Adulhus:  
 Suscipe nunc, nate Fredenande Kare, tuendam.  
 Tecam, quam ipse tuus compitam patravit Adulhus,  
 Ut legens relegas, et puro pectore serves,  
 Si illius præcepisti libens consenseris ipse,  
 Securus ad aulam poteris descendere cœli.

## II.

*Item ejusdem ad petitionem Zoy'i sui in fidem Biblio-*  
*thecæ<sup>d</sup>, quam scripserat Saturnino archidiacono.*  
 Laudum vota tibi Zoylus gratis persolvere nitor  
 Christo Redemptori auctori, et Domino meo:  
 Cuius fultus ope tantum explevi laborem.  
 Dum finem adieris istius thecæ legendæ,  
 Pro me Deum preceris, lector, intente deposco;  
 Sic valeas Christo post ævum frui securus.

III<sup>e</sup>.

Terge luctum moësens, parta virentia vides,  
 Alesque pipant, diverso modulamine voces.  
 Et liquor meri currat in ore temeti..

<sup>a</sup> Ms., *editi.*<sup>b</sup> Ms., *extas.*<sup>c</sup> *Faustus.*

## A

## IV.

*Ejusdem Cypriani cuius supra.*

Renidet in manu flabellum comitis almi,  
 Litteris conscriptum aureis, ut competit illi,  
 Nomine Guifredus ex sacro gurgite dictus.  
 Ut pellat æstum aura suadente flabello,  
 Trade libens comes gloriosæ conjugi illud,  
 Sunili ut modo incumbentem dissipet æstum  
 Guisindæ dictæ, et tuo in latere nexæ.

## V.

*Item alii ejusdem in flabello.*

Guisindis dextram illustris adorna flabelle,  
 Præbe licet falsos ventos, ut temperet æstum  
 Tempore æstivo defluxa membra resovens.  
 Pansus et officium implens per<sup>f</sup> omnia tuum.

## VI.

*Epitaphium quod isdem in sepulcro domini Samsonis*  
*edit metro heroico.*

Quis quantusve fuit Samson clarissimus abba,  
 Cujus in urna manent hac sacra membra in aula,  
 Personat Hesperia illius famine fota.  
 Flecte Deum precibus, lector, nunc flecte<sup>g</sup> peroro  
 Æthera ut culpis valeat concendere teresis.  
 Discessit longe notos plenusque dierum.  
 Sextilis namque mensis die vicesima prima.  
 Sextilis namque mensis primo et vicesimo sole.

*Æra Dcccxxviii.*

## VII.

*Item epitaphium ab eodem editum.*

Nobilis hic exstat Hermildis in busto locata,  
 Quæ Christo famulans temnendo sæculi pompam.  
 His jubilans plaudensque heroum concendit in aulam.

## VIII.

*C Epitaphium super tumulum sancti Joannis*  
*confessoris.*

Careeres et diva Joannes ferrea vincla  
 Christi amore tulit: hac functus in aula quiescit.

<sup>d</sup> Per hanc vocem intellige locum in quo asservabantur libri Veteris et Novi Testamenti, *Biblia* scilicet.

<sup>e</sup> Deest titulus in codice.

<sup>f</sup> Ms., *imper.*